

Beiheft

2

S mg

1286 Mai 16.

Bijshof Everhard von Münster bekundet die Auflassung der Güter Swarte Cote und Luttkehove, Kpl. St. Lamberti in Coesfeld, an das Stift Barlar.

[59]

mg

Nos Everhardus, Dei gratia Monasteriensis ecclesiae episcopus, omnibus praesentia visuris et audituris notum esse cupimus et praesentibus protestamur, quod Leffhardus de Morsbecke de consensu Everhardi Ricbrachtinge, socii sui, et Elisabet sororis suae, uxoris dicti Everhardi, ac eorum liberorum et cohaeredum, videlicet Joannis, Lefhardi, Jacobi et Gertrudis, vendidit praesposito ad conventu ecclesiae Varlarensis bona, quae dicuntur Swarte Cote vel Luttkehove, sita in Stockem in parochia sancti Lamberti in Cossfelt, quae iure proprietario ipsi Lefhardo contingebant, cum agris, lignis, pratis et cum omnibus suis attinentiis et juribus, pro tribus marciis et quatuor solidis legalis monetae et in prascientia nostra et Joannis de Dabeke famuli nostra vice praedicta bona coniunctis manibus ab omni jure, quo ipsi vel ipsis competebant vel competere poterant, in futuro penitus reedentes resignaverunt in manus praepositi et conventus ecclesiae Varlarensis pro nro nro niis

bonis jure haereditario perpetuo possidenda, domino Luberto Rost infirmario dictae ecclesiae huiusmodi resignationem recipiente nomine ecclesiae et conuentus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Acta sunt haec anno Domini M^oCC^oLXXXVI, feria quinta ante ascensionem Domini, praesentibus et protestantibus domino Luberto commendatore in Stenvorde, Joanne notario, Thetmaro plebanio in Havixbecke, sacerdotibus; domino Joanne de Rubo et Bernardo de Davenberge militibus; Ludolpho de Monasterio, Theoderico de Gronlo, judice in Cossvelt, Alberto de Morsbecke, Hermanno de Lare et Colen familis; villico de Wichardine, Joanne, Fabio et Seogen de Assbecke et aliis quam pluribus.

Kopie im Barlarer Kopiar S. 57.